



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

VII. Des Markgrafen Ludwigs I. Privilegium für die Stadt Nauen, am 2. Febr. 1324.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

dat wy willen vorkamen unde willen unsere Briewe bewiesen, die Uns unsere Vrowe, die edle Vörstinne, die Aebtizhinne von Quedlinborg, Vrowe Jutte, hefft gegeben, up die Lehen der Stadt Nowen, bekennen ock vnde betügen in deszeme Briewe, dat wey alle sacke stede unde gantz holden willen der vorbenannten Stadt Nowen unde den Börgerern, des Sy unses liewen Bulen Herthogen Rudolfes Briewe hebben. Tho ener Uhrkunde deffer vorbeschrewenen Dinge hebben Wy deffen Briew laten schriewen unde besegeln mit Unseren Insegelen. Deszer Dinge sind Tügen, Otto unde Goede von Henborg, Hintze von Wanstorp, Hinrick Schencke von Schenkendorff, Conrad Gogelsack, Herman van Wefenick unse Riddere, Hinrick Mofolff, Ruprecht van Gluback, Cöncke und Andreas von Globitz, Abel van Blankenborg und andere bederwe Inde genug. Diese Brieff ist gegeben tho Nowen, na Gades Borth Dufend Jahr, dry Hundert Jahr in den dry und thwyntigsten Jahre, des Dienstages vor S. Simonis und Juda Dag.

Nach Bückhings Reise nach Kyritz S. 454 und Angeli Annal. March. 132.

VII. Des Markgrafen Ludwigs I. Privilegium für die Stadt Nauen, am 2. Febr. 1324.

Ludouicus, Dei gratia Brandenburgensis etc. Lusatie Marchio, Comes palatinus Rheni, Dux Bauarie, Sacri Imperii Archicamerarius, fidelibus suis Consulibus et dilectis nec non Burgenfibus vniuersis in Ciuitate Nauen presentibus et futuris gratiam suam, Ad perhennem rei memoriam. Circa nostrorum subditorum statum et commodum ampliandum, cura pulsamur peruigili, et maxime circa illos, quos fides maior et sinceritas constantior extulit et extollit. Nos ergo attendentes uestre fidei constantiam in exhibitione homagii nobis facti compertam tali uobis et posteris uestris curauimus commodo prouidentes, quod palludem illam que dicitur Grothe Middelbrueck Vobis ac ciuitati nostre apponimus dedimus in proprium presentibus liberaliter et donamus cum Vniuersis suis fructibus et utilitatibus inde prouenire ualentibus perpetuo, sine omni molestia proprietatis titulo possidendam. Renunciantes solenniter eidem paludi, fructibus ac utilitatibus atque omni iuri, quod nobis ad eandem aut nostris posset competere successoribus in futurum. Termini quoque et distinctiones dicte paludis ita stabunt scilicet de monte Carbonum per directam uiam uersus uillam pauffin et per illam uiam usque ad uiam que ducit usque ad aquam Molendini, et deinde ultra per fossatum nauium, quod quidem fossatum est distinctiuum dicte paludis. Et ne de hac nostra liberali donatione uobis facta dubium apud posteros oriatur, hanc literam super eo dari et sigilli nostri robore de nostra certa scientia iussimus communiri. Presentes fuerunt Spectabiles uiri Domini Bartoldus Comes de Hennenberg, Hinricus et Johannes eiusdem Comitis filii, Nobiles uiri Hinricus de Schwartzborg et Gunterus de Lindow, Comites, Degenhardus prepositus Stendaliensis, Bartoldus de Britzke et Rokez, milites nostri, cum aliis fide dignis. Actum et datum Stendalie Anno Domini, Millefimo trecentesimo quarto et uigesimo, in purificatione Sancte Marie, per manum Johannis de Luchow.

Nach alter Copie in meiner Sammlung.